


Glória in excelsis °Deo. Et in terra pax homínibus bonae voluntátis. Laudámus te. Benedícimus te. °Adorámus te. Glorificámus te. °Grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam. Dómine Deus, Rex caeléstis, Deus Pater omnipotens. Dómine Fili unigénite, °Jesu Christe. Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris. Qui tollis peccáta mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, °úsucipe deprecatióem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quóniam tu solus Sanctus. Tu solus Dóminus. Tu solus Altíssimus, °Jesu Christe. Cum Sancto Spíritu in glória Dei Patris. Amen.

Munda cor meum ac lábia mea, omnipotens Deus, qui lábia Isaíae Prophétae cálculo mundásti ignito: ita me tua grata miseratióne dignare mundare, ut sanctum Evangélium tuum digne váleam nuntiare. Per Christum, Dóminum nostrum. Amen.

Credo in unum °Deum, Patrem omnipoténtem, factórem caeli et terrae, visibílium ómnium et invisibílium. Et in unum Dóminum °Jesum Christum, Fílium Dei unigénitum. Et ex Patre natum ante ómnia saecula. Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero. Génitum, non factum, consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines et propter nostram salútem descendit de caelis. (Hic genuflectitur) Et incarnátus est de Spíritu Sancto ex °María Vírgine: ET HOMO FACTUS EST. Crucifíxus etiam pro nobis: sub Pontio Piláto passus, et sepúltus est. Et resurrexit tértia die, secúndum Scriptúras. Et ascendit in caelum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum ventúrus est cum glória judicáre vivos et mórtuos: cujus regni non erit finis. Et in Spíritum Sanctum, Dóminum et vivificántem: qui ex Patre Filióque procedit. Qui cum Patre et Fílio simul °adorátur et conglorificátur: qui locútus est per Prophéas. Et unam sanctam cathólicam et apostólicam Ecclésiám. Confíteor unum baptísma in remissionem peccatórum. Et expécto resurrectionem mortuórum. + Et vitam ventúri saeculi. Amen.



Qui pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, et elevatis oculis in caelum ad te Deum, Patrem suum omnipoténtem, tibi grátias agens, ben+dixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accípite, et manducáte ex hoc omnes.

HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

Símili modo postquam coenátum est, accípiens et hunc praeclarum Cálicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi grátias agens, ben+dixit, deditque discipulis suis, dicens: Accípite, et bíbite ex eo omnes.

**HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS MEI,
NOVI ET AETÉRNAI TESTAMÉNTI:
MYSTERIUM FÍDEI: QUI PRO VOBIS ET
PRO MULTIS EFFUNDÉTUR
IN REMISSIONEM PECCATORUM.**

Haec quotiescumque fecéritis, in mei memóriam faciétis.

Sacerdos offerens Hostiam super Patenam, dicit:

Súscipe, sancte Pater, omnipotens aetérne Deus, hanc immaculátam hóstiam, quam ego indignus fámulus tuus óffero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerábilibus peccátis, et offensióibus, et negligétiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus cristiánis vivis atque defúnctis: ut mihi et illis proficiat ad salútem in vitam aeternam. Amen.

Acciciens Calicem offert, dicens:

Offérimus tibi, Dómine, cálicem salutáris, tuam deprecántes cleméntiam: ut in conspéctu divínae majestátis tuae, pro nostra et totíus mundi salúte, cum odóre suavitátis ascendat. Amen.

In spíritu humilitátis et in ánimo contríto suscipiámur a te, Domine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus.

Veni, sanctificátor omnipotens aetérne Deus: et benedíc hoc sacrificium, tuo sancto nómini prae-parátum.

Súscipe, sancta Trínitas, hanc oblatiónem, quam tibi offérimus ob memóriam passiónis, resurrectionis et ascensionis Jesu Cristi, Dómini nostri: et in honórem beatae Maríae semper Vírginis, et beáti Joánnis Baptistae, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et istórum et ómnium Sanctorum: ut illis proficiat at honórem, nobis autem ad salútem: et illi pro nobis intercédere dignéntur in caelis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. Amen.

Ante Benedictionem inclinatus, dicit:

Pláceat tibi, sancta Trínitas, obséquium servitútis meae: et praesta; ut sacrificium, quod ócculis tuae majestátis indignus obtuli, tibi sit acceptábile, mihi-que et ómnibus, pro quibus illud obtuli, sit, te miserante, propitiábile. Per Christum, Dóminum nostrum. Amen.